

Libri scđi de aia**Tractatus scđs**

Iste est secundus tractatus in quo determinat de potentis aie in generali, et in speciali de potentis aie vegetarie. Et sic dividit in duo capitula. In primo ponit, quod quibus sunt genera potentis aie in viventibus. Et de diversis viventium gradibus distribuit. Et quod potentiarum ordine redit ad ostendendum necessitatem duplicis diffinitionis aie, subiungens in fine capituli quo ordine de potentis aie tractandus. Duo ad primum enūerat potentias anime in genere. Dicit, quod potentias vocamus aie partes principales, quae sunt vegetativum, sensitivum, appetitivum, motivum secundum locum, et intellectivum, quae sic se habent ad animata, quod quibusdam animatis insunt omnes sicut hominibus. Aliis vero non insunt nisi quaedam illarum, et quibusdam non insunt nisi una sola.

Inc ibi

Inest autem plantis

Dic. p. deducit, p. hoc quod dicitur in gradibus viventium, dicitur, quod plantis quae primi gradus viventium sunt, insunt tantum vegetativum. Alterum vero id est viventibus secundi gradus scilicet animalibus pro vegetativum insunt sensitivum, et insunt eis sensitivum quod etiam appetitivum, quoniam aliquis appetit insunt his quae habent sensum. Appetit autem dividit in appetitum concupisibilem quod vocat propter nomine voluntas, quae in ratione est, ut dicitur in libro huius.

Inc ibi

Animalia autem omnia.

Dic. p. probat quod appetitivum non est distinctus gradus vite eo quod nunquam reperitur sine sensitivo. Et sic probat duabus rationibus. Prima est quod inest letitia et tristitia illi inest appetitum. Sed omnia animalia habent ad minimum unum sensum quod est tactus, inest letitia et tristitia, quod inest omnia animalia appetitum. Maior probat quod cupiditas sive appetitum non est nisi appetitum eius quod est dulce secundum naturam, dulce enim iudicat quod est secundum naturam delectabile, et oppositum est de amaro. Minor probat quod quibuscumque inest tactus, illa tactu sentiunt conveniens, et inconveniens, ex quibus causatur letitia quod est sensus convenientis et tristitia quod est sensus inconvenientis. Secunda ratio est ibi. Adhuc autem alimentum. Et est talis. Quicquid habet sensum alimentum habet appetitum. Sed omnia animalia habent sensum alimentum, ergo omnia animalia habent appetitum. Maior probat. Quia ubique est sensus alimentum ibi est esurientia et sitis, scilicet esurientia et sitis sunt appetitum. Quia esurientia est appetitum calidi et siccitatis, et sitis frigiditatis et humiditatis. Minor p.

bat quod omnia animalia habent sensum tactus, qui est sensus alimentum, quod discernit calidum frigidum humidum et siccum ex quibus alimentum et nutriuntur viventia. Reliqua vero sensibilia sicut color, sonus, odor, nihil faciunt ad nutrimentum nisi per accensum. Sapor autem secundum se non nutrit, sed est ipsius nutrimenti delectamentum. Sed de istis sensibilibus magis particulariter dicitur posterius. Nunc autem tantum dicitur sit quod animalibus habentibus tactum inest appetitum. De phantasia autem immanifestum est quoniam non habeat ad alias species potentialium. Posterius autem intendendum est de ea et arte practica, et imaginatio est. Quibusdam autem viventibus scilicet tertii gradus quod sunt animalia perfecta cum sensu inest principium vite quod est motivum secundum locum. Et ista sunt quorum cibum non preparat sufficienter a natura, et habent os secundum figuram. Alia vero immobilia erantia figuram os non habent, eo quod radices quibus terre insunt: ori habent similes, sicut plantae, et ideo cibum eorum sufficienter preparat, quod propter talia etiam vetera non habent, neque loca pro quae emittat egestio impuri cibi. Quibusdam vero cum predictis potentis inest etiam intellectivum sicut hominibus, et forte appareat aliquid generis hominibus animalium alterum aut honorabile quod homo in natura mortalium. Dicitur dicitur, p. propter quosdam dicentes quedam intellectualia animalia esse demones regione lucis in aere habitantes sicut dixerunt Platonici de calademontibus. Sed istud an verum an falsum sit, determinari non habet in proposito sed solum est hic determinandum de potentis aie et quae habent adiuvicem et ad aiaz comparationem.

Inc ibi

Manifestum igitur est

Dic. p. ostendit. Quare necessarius fuit aiaz dupliciter diffinire dicitur, quod eodem modo erit una ratio diffinitiva aie qua figurae. In figuris autem videmus, quod nulla rectilinea invenit praeter triangulum et eas quae sequuntur ipsum triangulum secundum species figurarum. Sic est etiam in animalibus quod nulla est anima propter vegetativam et quae sunt post ipsam in ordine aiaz. Quia sicut figure habent ordinem ita quod una est ante, et alia post. Ita etiam aie se habent. Simplicior enim linearum est linea recta, eo quod est unius forme terminum, et simplicior figurarum est triangulus secundum formam figurarum, quod est unius forme terminum in lineis et superficie. Secundum formam quidem quod non dividit in figuram aliam nisi in triangulum. Circulus autem est duarum